



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Cogitationes, Sive Considerationes Christianae Pro singulis Anni diebus**

Complectens Julium, Augustum, Septembrem

**Nepveu, François**

**Monachii, 1709**

Dies 15. Causæ, & remedia teporis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60520](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60520)



Septembei. penetrabimus, iisque penetratis delectabimur. Atque hæc delectatio fidem nostram animat; & viva fides fervorem nostrum inflamat. Agnosco, Domine quòd exiguus meus fervor è modica mea fide proveniat.

II. Altera temporis origo est; quòd nimium nos occupari patiamur vel negotijs, vel oblectationibus nostris. Animus in plura negotia divisus, dissipatusque facile languescit, & incapax evadit hujus applicationis, & ardoris ad agendum tam difficile salutis negotium necessarij. Remedium est, si non unicum, saltem præ omnibus alijs sibi curandum proponere salutis negotium, nec alia in se suscipere, nisi quatenus ea tanti hujus negotij cura permittit. Atque hujc juxta divinæ Providentiæ præscriptum cum intentione pura exclusa tamen omni mentis inquietudine, unice se applicare. Quod attinet ad animi relaxationes; quemadmodum nihil adeò cor emollit, ut vita mollis, & voluptuosa, sic etiam nihil adeò socordem reddit animam. Remedium est, non solùm animi remissionibus quamvis legitimis moderari, sed frequenter etiam sui divexandi studio eas minere: hoc enim sui ipsius vexandi exercitiùm ad conservandum, & animandum fervorem plurimum conducit. Tertia temporis

origo.

origo est exemplum. Pauci sunt etiam <sup>September.</sup> perfectioribus, qui non aliqua in re animum relaxant. Ex horum parvis animi remissionibus alij illorum exemplo, auctoritate nixi easdem & majores sibi animi relaxationes permittunt; etsi illorum virtutes imitari non laborent. Remedium est, considerare aliorum exempla, ut ea imitemur; non verò eorum defectus, nisi ad eos evitandos; sibi que persuadere, nullum exemplum esse, præter exemplum Christi, quod imitari abque metu, & exceptione possimus.

III. Quarta origo teporis est nostra ignavia difficultati virtutis juncta. In dubium enim vocari non potest, virtutis exercitium difficile esse, sive id spectetur in suo objecto, quod sensus nostros, & aliquoties rationem transcendit, & non raro propensionibus nostris adversatur; sive spectetur homo, qui debilis, & inconstans est; & cum materia constet, ferè non nisi rebus sub sensum cadentibus moveretur. Remedium est, meminisse, quòd ipsa Veritas divina Christus asseveret, jugum suum suave esse. Quod si durum accidat, Crucem portare; suave esse debet eandem post ipsum portare, præsertim, cum is eam nobiscum portet. Si difficile videatur,


viii

September. vim sibi propter Deum inferre, unctio gratiæ, quam nobis impertitur, reddere eam suavem potest. Quid mundi sectatores agunt, & perferunt, ut mundo faciant factis, & ad supplicia æterna se præcipitent? quid nos, ut satisfaciamus Deo, & salutem æternam consequamur? meminisse nos oportet, nos plus fecisse ad sariandos effrenatos nostros affectus, quàm ad munus nostrum ritè obeundum. Sed denique, mi Deus, an nobis animus deesse potest, & fervor, si cogitemus, id, quod agimus, & toleramus, in felicitatem æternam desiderum?

*Statue hisce remedijs uti, ad medendum corpori tuo. Quantumcunque inveteratum sit malum; insanabile non erit, si illis, ut oportet, utaris.*

Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, adversus peccatum repugnantes. *Hebr. 12. 4.*

Invenire est homines pusillanimes, & remissos, deficientes sub onere; quorum brevis & rara compunctio, animalis cogitatio. *Bern.*



DIES